



**O**ccurrit adhibebat Herodes, ut notat Oecumenius; quia audierat multa mirabilia, quæ Petrus operabatur, & quia jam semel retentus in carcere liber exierat. Actor. 5.

**A**ctor. 5. 34. *Volens post Pascha.* O maledictus Hypocrita, nolebas sanguine fuso Pascha foedare, & non verbaris in iusto carcere, diris catenis, crudeli, & iniqua militum vexatione virum Sanctum, ac iustum affligere: *Producere eum populo.* Syrus: *Ut traderet populo Æthiop.* Adducere eum ad populum. Advocare nempe Petrum ad publicum Tribunal, ac Theatrum, vel ut innuit Syriacus: Tradere eum voluntati populi, ut magis Herodes populo fieret gratus.

**V**ers. 5. *Petrus quidem servabatur in carcere Syriac.* Cùmque custodiretur in carcere; tamen de suo magno pastore valde sollicita erat Ecclesia: *Oratio autem fiebat sine intermissione: Syriac.* Assiduè preces offerebantur ab ea. *Arabic.* Offerebat Ecclesia preces continuas. *Æthiopic.* Orabant pro eo extense in domo Christianorum. Id est perenni continua oratione die, nocteque tota Ecclesia fundebat preces pro suo capite, ac Summo pontifice, qui instar Athlantis totum Ecclesiæ pondus sustinebat.

**V**ers. 6. *Cum autem producturus eum esset Herodes.* Syriacus Diluculo tradendus erat dum dormiret. *Arabic.* Cum proposuisset Herodes immediate post noctem sequenti dicit eum: cum esset producturus Herodes, ut occideretur: *Erat Petrus dormiens* valde securus, ac conformis cum divina providentia ad quid ab ea fuisset ordinatum. *Vinctus catenis duabus.* Æthiopic. *Vinctus erat ambabus manibus,* quarum singuli milites, inter quos medius cubabat, manu tenebant, & stringebant, ne, ut ait Arias, petrus elaberetur. *Et custodes ante ostium custodiebant carcerem.* Æthiopic. *Observarunt ostia,* ita ut nulla humana diligentia, ut notat Lyra, posset re- trus fugere, de quo dicam. q. 1.

QUÆSTIO VI.

*Quare Petrus ponitur in carcerem, & quam, rigida, & acerba vena sit?*

**G**randes molestias, persecutiones, iniurias, & opprobria à militibus, ut ponderat D. Chry- soft. in præsentī patienter sustinuit. D. Petrus, quod in tetto carcere, & tenebroso esset reclusus, quo nulla poena est rigidior, ac acerbior.

**A**it Job. 7. n. 11. *Non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, & fabulabor cum amaritudine animæ meæ. Nunquid mare ego sum, aut cæcis; quia circumdedisti me carcere.* Job non erat in carcere, tamen miratur, quod sit positus veluti circumdatus furienti mari, ac furibundo cœtui; cur ergo se dicit Job circumdatum carcere? Ad explicandam sævam, ac vehementem tempestatem innumerabilium malorum, persecutionum, infirmitatum, quæ in eum irruerant, & acutissimè premebant; nullo meliori methodo, ac phrasi posset declarari, quam se incarceratum dici: Nam ibi homo vivens angustias, ac mortis dolores sustinet Cassiodorus lib. 1. 1. variar. cap. 40. ait. *In carcere n. unum tormentum salineo reus, qui antequam incur- rat necis exitus, jam a supernis probatur absistens.* Carcer, enim est quædam mors viva, sic ait citatus Cassiodorus, *Non ut unum clausis exitum multisaria morte premit, qui carceris squalore torquetur.* Quot dies carceris, tot dies mortis sunt.

**T**hrenorum. 3. n. 6. dicitur. *In tenebrosis collo- cavit me quasi mortuos sempiternos, & circum adisi-*

39. Thien. 3.

*cavit ad versumme, ut egredior, aggravavi compem meum, conclusi vias meas lapidibus quadris, & omnes vias meas subverti.* Loquitur propheta, ut multis placet, quando meus Jesus fuit comprehensus, Matth. 26. præsentatus Caiphæ, ibi tota nocte, in custodia, vinculis, ac carcere detentus est, & quando facta mane ad carcerem rilati translatus, & ita tam valide erat ibi inæquaque custoditus, ut nulla exeundi posset esse occasio, nullusque ex ejus discipulis, ac familiaribus posset ad eum vi- dendum accedere, & cur Jesus ordinat, ac disponit, ut in Cruce à suis notis, amicis, omnibusque videatur, non vero in carcere? Tot ibi in carcere contumeliæ, irrisiones, ac ludibria, angustia, & flagella congeriebantur in meum Jesum, ut quique etiam fidelissimi poterant vacillare ac periclitari Victor Antioch. ad c. 15. Marci sic ait: *Quæ enim Ch. isto per summam contumeliam (nimirum in illa custodia) illata sunt, ea ad summum contumeliarum fastidium pervenerunt; merito profecto Christi discipuli ad miserandum illud, & indignum spectaculum admissi non sunt, periculum enim haud quaquam le- ve erat, ne ex transiis illis iniuriis, & contumeliis grande aliquod scandalum caperent.*

**A**it paulus Hæbræor. 11. n. 36. De Sanctis Martyribus loquens: *Alii vero ludibria, & verbera ex- perti, insuper, & vincula, & carceres supra ludibria, & verbera, ac omnia tormenta tamquam summum omnium malorum ponit vincula, & car- ceres;* D. Anselm. ibi: *Quasi parum esset perulisse ludibria, & verbera, pertulerunt insuper, & vincula, & carceres, ac si omnia ipsa flagella parva videan- tur facta collatione cum carcere, & vinculis.*

QUÆSTIO VII.

*Quare D. Petrus tanta custodia tenetur in vin- culis, & carcere?*

**O**mni humana diligentia, & cautela tenetur Petrus comprehensus primò carcere, secun- dò vinculis, tertio militibus, qui ab utroque latere circumstabant tenentes catenas in manibus, quarto ante ostium carceris erant custodes, ex quo patet quam vehementi affectu Herodes, & Judæi volebant interficere Petrum, tanta custodia adhi- ta ne ullo modo posset effugere. Magnus ille Bap- tista divina, & alta clamans ad quem audiendum tota Judæa exibat, Math. 3. n. tamen. 1. *Herodes tenuit Joannem, & ligavit in carcere,* Marc. 6. n. 17. non tamen tantam custodiam, & cautelam adhibuit, ut modo cum Petro; quia omnes Judæi maximè timebant ipsum Petrum, ut propugnaculum totius Ecclesiæ, illiusque doctrinam, ac prædicationem, tum ob officiam rationum, ac verborum vehe- mentiam, tum quia omnia, quæ dicebat magnis miraculis, ac mirabilibus comprobabatur, & ideo tam vigili diligentia servabatur in carcere, quia ipso sublato totam Christianam disciplinam corru- ptimabant.

**D**einde Petrus extitit in carcere per novem, vel decem dies, nam Herodes eum comprehendit jux- Azima, dies Azymorum erant octo, post eos sequen- ti die volebat Herodes eum populo producere, per illos novem dies, tanta circumspectione tenebatur, ne inde accedentes ad eum doceret, & prædicaret, quia tunc ipsa prædicatione in vinculis pro Christo ejus si telibus efficacior, & fructifera futura erat, Venit Paulus Romam vinctus catenis, ut ipse testa- tus

**A**ct. 28. tur. Actor. 28. n. 17. *Vinctus ab Ierosolymis trahi us- sum in manus Romanorum, & quid in vinculis ag- bat Paulus?* D. Chrysof. homil. 8. ad Ephesios in Exposit. morali sic ait: *Vinctus Roma, & ut ligatus erat concionando innumeros atrahēbat, hoc ipso quod pro omnibus catenam præstendebat.* Et si Paulus effi- cacia, ac vehementia suæ doctrinæ multas gentes adduceret ad fidem, tamen catenis alligatus in- numeras lucrabatur, tum quis non traheretur vi- dens talem virum alligatum ob ejus salutem, tum quia prædicabat patienter talia sustinere.

**44.** **Eph. 6.** Ait ipse Apostolus ad Ephes. 6. n. 19. *Ut detur mihi in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Evangelii, pro qua legatione fungor in ca- tena.* Expende verba legatione fungor in catena. Nuntii missi à Regibus tunc præcipui sui muneris vices agunt, legati munus præstant: Omnes Apo- stoli sancti sunt legatione Christi ad prædicand- um, ac docendum; at Paulus insigniter de se fa- tetur quod sua lexatione fungeretur, non quando a gentibus magno venerabatur cultu, non quando ob sapientiam appellabatur Mercurius, vel quando omnes flentes eum deducebant ad naves, sed quan- do in vinculis fuerat alligatus: *Locatio fungor in catena, tunc enim magis prædicabat, tunc magis suum munus adimplebat, & ideo de ipsa catena, tamquam de re sua valde gloriabatur.* Theodoret- us ibi sic inquit. *Ostendit autem rursus catenam, docens non esse erubescendum in perpeffionibus, quæ suscipiuntur pro Domino, sed exultandum, & gloriandum.*

Paulus in catenis suam legationem maxime adimplevit.

Theod.

QUÆSTIO VIII.

*Quare Deus tam sublimè, ac magnificè Petri catenas honoravit?*

**M**aximè Deus has D. Petri catenas voluit hon- orare, nam aliorum Sanctorum extant vin- cula, sicut & D. Pauli Romæ, & tamen non sunt tanto in honore, ac celebritate, imò Sanctus Petrus, & S. Paulus fuerunt flagellati, columnis alligati, quæ in nostro Conventu Transpontia asser- vantur, & Petrus crucifixus est & tamen nec Crux Petri, nec columnæ in tanta sunt veneratione. Maximè Deus voluit, ut petri catenæ essent apud omnes in eximio cultu; primo Petrum per Ange- lum miraculosè ab eis liberavit; Secundo catenæ Herodiana cum Neronina miraculosè sunt inter se copulatæ tanquam si ab eodem artifice fuissent fabricatæ. D. Chrysof. seu potius S. Proculus apud Suriū 1. die Augusti refert per has sacras Catenas multa fieri miracula, per eas quam plurimi ab in- firmitatibus, & demonibus, multisque periculis libe- rantur: Quarto milites, qui custodiebant Petrum, ejus doctrina, ac verbis conversi sunt ad fidem, sic inquit Proculus: *Has catenas in carcere derelictas ipsi Herodes ministri, quibus divina cognitionis lumen affulserat, clam sustulerunt, & apud se ipsos vel- lut thesaurum conservarunt.* Quinto Romæ magni- ficum Templum eis est constructum, & conse- cratum.

45. Aliorum Sanctorum multa instrumen- ta non sic venerantur.

46. Quæ rami- rabilia in catenis. S. Proculus. Surius.

47. Manis Petri catenis gravis honoratur.

gubernaculum primum, & ante omnia *Talique an- mulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, scilicet Joseph.* Genes. 41. n. 42. Tam velox est Rex ad Gen. 41. manus ejus honorandas annulo dato, quod erat si- gnum iocustatis Regiæ, ut ait Lyra de Joseph. scribit David, Psalm. 80. n. 6. *Manus ejus in copioso ser- vaverunt,* nempe ministrarunt in villi servorum inf- trumento, & quia ad tam abjectam humilitatem ejus manus descenderunt, ideo ad tam sublimem rerum apicem sublevatæ sunt

**S**ecundo vincula sunt signa amoris, ac eximie charitatis coll. 3. n. 14 ideo in tantum condecoran- tur Petri vincula: quia non solum Deus decrevit nobilitare ejus eximium amorem præ ceteris, Joan. 21. n. 16. sed etiam signa ipsius amoris, ut erant catenæ pro Christo perpessæ Offerunt munera sua Abel, & Cain: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.* Genes. 4. n. 4. Respexit autem, ut est communis Doctorum vox, emissio igne de Cælo, non fat erat quod attenderet dominus ad Abel, ac ejus puritatem, justitiam ac innocentiam, sed etiam ad eus munera? Sic Abel erat Deo gratus, ac per jucundus, ut non solum ejus sanctitas, ac charitas esset accepta Deo, sed etiam illius signa, ac monumenta, ut erant munera oblata, quæ deus miro modo condecoravit igne cœlesti veniente de cælo. Lyran. *Non erant, & cepta, scilicet munera, ex se ipsis, sed ex bonitate offerentium, ideo sequitur respexit ad Abel, & ad munera ejus, id est ad bonitatem ejus & per consequens ad ejus munera,* quod etiam confirmari potest ex illo quod dicitur cap. 8. n. 21. de sacrificio Noë, *odoratusque est Dominus odorem suavitatis,* &c.

**T**ertio stabat Petrus inter quaternos milices qui per suas stationes perpetuò erant vigilantes, ut unis deficientibus, alii succederent, ut jam dixi supra q. 7. & tales milites, ut notat D. Chrysof. jam datus, nullam requiem habebant, nec die, nec nocte sed semper innumerabilia opprobria, contumelias, irrisiones, & ludibria jactabant in Sanctum Apo- stolum, & ille ad hæc omnia placido animo, ac hilari facie absque ulla iræ commotione immobilis stabat. Adstans Jesus coram maledicto Pontifice Annate: *Unus ministrorum dat alapam meo Jesu dicens, Sic respondes Pontifici, respondet ei Jesus, Si malè locutus sum testimonium perhibe de malo,* Joan. 18. n. 12. Tanta Christi patientia cum tanta mansuetudine absque ulla iræ umbra magnum miraculum reputat D. Ephrem serm. de Passione domini, & ait: *Grande miraculum fratres, stuporis plenissimum est, cernere Christi Regis, ac Domini nostri mansuetudinem palma casus a servo, rationabili- ter, ac prudenter respondet cum omni mansuetudine, ac reverentia, servus furit, Dominus patitur, irascitur servus, Dominus in sua benignitate persista- tit.*

**T**ot, & tantæ contumeliæ in Petrum cum ejus miraculosa potentia erant veluti inestimabiles gē- mæ, quibus ejus catenæ exornabantur: diabolo suggerente acculatur Susanna, *Credidit eis multi- tudo quasi senibus, & iudicibus, & condemnarunt eam ad mortem,* Daniel. 13. n. 41. Falsi testes fremebant in eam, turba populi multas in eam contume- lias jactabat, ipsa vero tota in Deo confisa, ut ait D. August. tom. 11. serm. 13. de verbis Apostoli. c. 14. patienter sustinebat, & sua tolerantia ex tot male- dictis multo plures pretiosos lapides fabricabat ad tuam coronam componendam, sic ait Vitalius in notis: *Ex tot adversis magnifico diademate corona- batur; sic & Petrus tot, & tantis iniuriis tamquam lapidibus pretiosis, se, suasque catenas condecora- bat.*

48. Signa amoris. Petri ho- noratur.

Gen. 4.

Lyran.

49. Sustinere opprobria patienter miraculū est.

Joan. 18.

D. Ephr.

50.

Dan. 13.

D. Aug. Vitalius. Ex contumeliis Petrus gemmis catenas exornabat.